



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

N.I. Catholicorum Ulterior Declaratio in forma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647.
Dec.

sich darnach richten. Nach hinc inde gewechselten Discoursen, war der endliche Abschied, daß die Deputati Evangelicorum, den übrigen ihren Committenten von allem, was diß- und etliche andere mahl vorgangen, zuvorderst Relation erstatten wollten; Und wie schwerlich, vor erhaltener Ausstellung der übrigen zweyen Punctorum, zur Deliberation zu kommen: also hingegen, sobald selbe erfolget, sie ihres Orts nicht ermangeln, sondern das ganze Werk reiflich überlegen, und die gefallene Erinnerung und Gemüths-Meynung ihnen, den Schwedischen, hinterbringen würden.

Die Kayserlichen exhibiren endlich die hinterstellte Erklärung puncto Assurationis & Executionis.

Donnerstags, den 16. kamen die gesamte Evangelische auf dem Rath-Haus, Vormittags um 10. Uhr zusammen, und wurde denenselben von den Deputatis ausführliche Relation, was bey unterschiedlichen Conferenzen, sowohl bey den Kayserlichen als Schwedischen vorkommen, erstattet. Nachmittags begehrten die Kayserlichen der Evangelischen Deputatos, und zeigten denenselben an, weisen sie jüngsten verstanden, daß die Schwedischen ohne extradition der noch übrigen restirenden zweyen Puncten Assurationis & Executionis, zur Conferenz und Handlung sich nicht verstehen wollten, hätten sie, obwohl ihnen unterschiedliche Bedencken zu Gemüth gängen, warum neben den Catholischen sie dießfalls in generalibus zu verbleiben zu, und erst in Tractatu ipso ihre Erklärung zu thun bedacht gewesen, zu mehrer des Wercks Beförderung, auch hierinnen an sich nichts erwinden lassen wollen, sondern solche Declaration den Schwedischen gleich jeso zu Haus geschicket, welche sie dann auch den Deputatis Evangelicis hiemit zugestellet haben wolten, immassen ab N. II. erschienenet. Und wäre nicht ohne, daß bey diesen Puncten sich ein und andere sehr verfängliche Clausula befunden, welche an statt

verhoffter Ruhe und Friede nur mehr Ungelegenheit und grosse Confusion, so beydes die Evangelischen und Catholischen nothwendig betreffen müssen, zugezogen haben würde; derowegen sie selbe etwas anderst, und dergestalt eingerichtet hätten, daß sowohl die Römisch-Kayserliche Majestät, als beyde fremde Cronen, dann die Catholischen und Evangelischen Churfürsten und Stände, sich hoffentlich damit contentiren und befriedigen könten würden. Ersuchten anbey die Evangelischen nochmahls, nunmehr die Schwedischen zu würcklichem Antritt der Tractaten disponiren zu heiffen, damit man sich nicht noch länger vergeblich aufhalten müsse. Die Evangelischen bedanckten sich, daß die Kayserlichen dieses Werk so forderlich beschleunigen wollen, erbotnen sich ihres theils nochmahls nichts zu unterlassen, was zu ehester Erlangung des Friedens nur immer dien- und erspriesslich seyn würde: Zweiffelten auch an der Römisch-Kayserlichen Majestät allergnädigsten und ihrer, der Herren Plenipotentiariorum guten Inclination gar nicht, dann sie leicht ermessen könten, Dieselbe, was durch Dero Bevollmächtigten sie selbst verhandeln lassen, nicht leicht wieder retractiren würden; Weils aber die Difficultäten nur bey etlich wenigen Catholischen, die so unndthiger Einstreuungen sich beflissen, bestünden: Alß könten Ihro Excellenz bey den Sachen sehr viel thun, wann sie dieselben zu friedlichen Gedancken disponiren würden: worum man dieselbigen nochmahls dienstlich wolte gebeten haben etc. Worauf der Legat Voltmar ridendo antwortete: „Daß solches nicht eben Catholische allein wären, sondern der Augspurgischen Confessions-Berwandten gehörten guten theils auch darunter, die müsten ebenmäßig sich etwas besser herbey geben.“

1647.
Dec.

N. I.

Diätar. Osnabrück, d. 12. Dec. 1647.
sub Directorio Altenb.

Der Catholischen fernere Erklärung über das Kayserliche Project Instrumenti Pacis, von den Kayserlichen ausgeantwortet d. 12. Decemb.

1647.

Ca.

1647. Catholicorum ultiores Declarationes circa Instrumentum Pacis cum annexis, quæ nonnullorum Augustanæ Confessionis Statuum nomine desiderantur. 1647.
Dec. Dec.

Ad §. de Helvetiis, cum interea temporis querela hæc Cæsareæ Majestatis Decreto finita, quatenus ejus Decreti hoc loco remissive mentio sit facienda, in progressu reassumendi Tractatus declarabitur.

Ad Art. 6) Cum nondum constet Cæsareæ Majestati & Catholicis, quid circa materiam hujus Articuli inter Augustanæ Confessionis Status & eos, qui Reformati vocantur, conventum sit, nihil quoque super hoc declarari potest. Recipiendos tamen dictos Reformatos in communicationem Pacis Religiosæ præsentisque Transactionis Cæsar Ordinesque Catholicis consentiunt, exclusis aliis, qui neutram Confessionem nec etiam Catholicam fidem tenent.

Ad Art. 7) Comitia indicantur à die subscripti Instrumenti intra sex menses habenda.

Vers. *Postarum Magistrorum &c.* Cum Postarum dispositio à Cæsareæ Majestate per Dominum Archiepiscopum Moguntinensem, velut Archi-Cancellarium Imperii per Germaniam, expediri soleat, nulla hic singulari cautione opus.

Ad Vers. *Cum deinde Civitas Erfordensis &c.* omittatur: totaque res in statu, quo ante bellum fuit, relinquatur. Reliqua hujus Articuli contenta mancant.

Ad Art. 8) *De Commerciiis &c.* post verba: *legitima auctoritate invecta*, addatur: *& adaucta.*

Ad Art. 9.) Circa Præfecturam Wilzhausen Dn. Elector Colonienfis tanquam Episcopus Monasteriensis eatenus consentit, quatenus reservetur Religio Catholica, cui tota ista Præfectura hæctenus addicta fuit, & maneat status Ecclesiasticus, Jus diocesanicum, Collectæ Imperii pro rata ab Episcopatu Monasteriensis in Archi-Episcopatum Bremensem devolvantur, processus quoque hoc nomine in Camera Imperiali institutus, penitus cassatus & annullatus sit.

Pro conservatione Catholicorum in Archi-Episcopatu Bremensi & Episcopatu Verdensi existentium, admittatur aliquis cum Auctoritate Ecclesiastica, qui ipsis providere possit; fiatque reservatio, casu quo Catholici futuro tempore Coronæ Sveciæ Provinciam æquivalentem dare, hosque Episcopatus redimere partibus utrinque consentientibus possent, id ipsis integrum esse debeat.

Vers. *Ratione supradictarum &c.* ponatur: *Coronæ Sveciæ Legatis in Scanno Seculari competat Sessio loco quinto.*

Ad Vers. *Ad hæc &c.* Ne istis locis commercia intercidant, postulatur ex parte Domus Burgundiæ, adjici sequentia (*aut pactis antiquis fiat Præjudicium*) idque intuitu Belgicorum populorum, qui in partibus Pomeraniæ & Mechlenburg commercia exercent.

Quæ de Bonis ad Ordinem Equestrem St. Joannis spectantibus disponuntur, eidem absque præjudicio esse debere, censent Catholici.

Ad Art. 10. Dn. Elector Saxonie petit, quoad dynastiam Eglen addi hanc clausulam: *Salvis tamen juribus Directi Domini Electorali Domui Saxonie competentibus.*

Ad

1647.
Dec.

Ad Artic. 11.) quod de Homagio à Capitulo cathedrali Osnabrugensi futuro successorì præstando inferitur, erroneum est, cum hætenus tale homagium nulli Catholicorum Episcoporum præstari solitum sit, igitur omitendum: Deinde Capitulum Argentinense consentire nequit, ut duo Canonicatus Domini Ducis Augusti Brunsvicensis filiis pactione publica attribuantur, nisi se ad eosdem consequendos secundum instituta ejusdem Ecclesiæ habilitent.

1647.
Dec.

Quantum vero in universum duos hosce Episcopatus Minden & Osnabruck loco Æquivalentium Domino Electori Brandenburgico & Familiæ Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium cedendos concernit, cum Episcopatus Osnabrugensis ratione termini à quo apud Catholicos solos permanere debeat, Mindano vero Episcopum adhuc in vivis existentem absque omni culpa privari prorsus rationi contrarium sit, confidunt Catholici, tum ipsos prædictos Principes tum & reliquos quorum interesse potest, negotium hoc mediis justis singulari Tractatu proponendis, ad terminos æquitati magis convenientes reduci, haud refragaturos esse.

Ad Artic. 14. De Causa Castellana. Cum Successionem Marburgensem quod attinet, proponatur hic Domini Landgravii nomine Declaratio singulari scripto, eam æquitati consentaneam judicant Cæsareani.

Vers: Præterea confirmabit &c.

Vers: Quod vero ad postulatum &c. maneant. Quæ autem in Vers: 2do. Jus Directi Domini &c. & Vers: 3. prætentur, oblata tum fuere; Cum his Domina Landgravia contenta esse noluerit; de cætero quoque pro non oblatis, tam quoad Utile ac Directum Dominium Præfecturarum Schaumburgicarum, quam quoad summam pecuniæ numeratæ habenda sunt. Æquum enim est, Dominam Landgraviam communi Pacis beneficio, quâ & integrum liberis Principatum retinet novaque fundi Ecclesiastici, Abbatia scilicet Hirschfeldensis, accessione adauctum habet, contentam manere.

His deinde pro securitate communi Ordinum utriusque Religionis Articulum sequentem No. 15. subjiciendum esse visum: Cum item in considerationem venisset, quam insignes rerum terrarumque ad Imperium Romanum hætenus spectantium mutationes, per præmissas Satisfactionum & Æquivalentium Conventiones fieri contingat, ex quibus successu temporis graves oriri possent controversiæ, ideo pro majori Pacis Publicæ & Universalis firmitudine conventum est, ut occasione prædictarum Satisfactionum & Æquivalentium nemo plus juris, quam publica hæc & universalis Transactio cuicunque largitur ac permittit, sibi tribuere, multo minus de facto arrogare vel invadere, nec ullum Immediatum Imperii Statum, cujuscunque Ordinis & Dignitatis, in Immedietate Juribus, Privilegiis, Immunitatibus suis & possessionibus, quacunque ratione turbare, inquietare, molestare debeat, sed in casibus vel jam nunc inter vicinos controversis, & in hac Transactioe publica non decisis, vel postmodum emergentibus, utrinque non nisi legitima juris via, absque ulla violatione possessionum, coram judice competente agatur, liteque secundum Leges Imperii diremã utraque pars sine mora acquirat & paret.

De Reliquis ad Affecurationem Executionemque Pacis pertinentibus, in progressu Tractatus suo tempore & loco, quæ monitu necessaria erunt, proferentur.

Notandum, præmissas Correctiones & additiones conferendas esse cum forma Instrumenti ultimo inter Cæsareos & Suecos, Monasterii, sub discessum Domini Comitum Trautmannsdorffii, examinata.

Cau-

1647.
Dec.

Causam Marpurgensem quod attinet, notum est, illam præter jus fasque suscitatum esse, ac quo minus hæc componi potuerit, à parte Domina Landgravia Hasso-Cassellanae stetit. Hinc etsi nihil magis æquum Imperiique Constitutionibus congruum esset, quam ut Domino Georgio Hassia Landgravio ejusque terris illata à prædictis Domina Vidua, & Dominis Landgraviis Hasso-Cassellanis damna immensa, atque excidia resarcirentur & restituerentur, quietis tamen publicæ amore & ubi hæc secuta fuerit, prænominatus Dominus Landgravius Georgius promittit, se Juribus istis ad repetendas damnificationes atque injurias sibi competentibus renunciaturum esse, ut tamen vicissim Transactio Anno 1637. inter utramque Lineam amicabiliter juratoque inita, atque à Cæsarea Majestate suffragante Collegio Electorali, nec non Rege, Principibus Ecclesiasticis & Secularibus ad utriusque partis instantiam intercedentibus, confirmata, in omnibus Articulis & Clausulis rata firmaque permaneat. Quod si verò Cassellani se hoc gravari putent, consentit prædictus Dominus Landgravius Georgius, ut salvis supra memoratis cæterisque Juribus, actionibus, exceptionibus & beneficiis, quæcunque tandem ipsi competunt, atque competere possunt, restituisque sibi prius omnibus à Cassellanis in terris ipsius occupatis locis, causa ipsa, ut quæ sua natura huc non pertinet, vel coram Judicibus libera utriusque partis voluntate ad id in hoc loco denominandis, intra certum definitumque tempus, & modo, qui utriusque maximè videbitur esse expediens, legitimè secundum jura ventiletur atque decidatur, vel ut juxta Pacta Gentilitia amicabilis Transactio instituat & negotium hoc componatur &c.

1647.
Dec.

N. II.

*Dictar. Osabr. d. 17. Dec. 1647. sub
Dir. Altenburg.*

Der Kayserlichen Gesandten Resolution, in puncto Affecurationis & Executionis Pacis, exhibita d. 16. Dec. 1647.

Quod ad Affecurationem Executionemque Pacis attinet, cum omnium intersit, Articulum hunc clare & dilucide exprimi, ne ex dubio verborum conceptu ulla retardatio aut turbatio Pacificationis enasci possit: omnibus consideratis totam hanc materiam sequenti forma exponendam & definiendam esse, censent Cæsareani.

Pacem hoc modo conclusam promittunt Cæsarei & Regii, Ordinumque Plenipotentiarum, respectu ab Imperatore & Regina Sueciæ, Sacrique Imperii Romani Electoribus, Principibus, & Statibus ad formam hic mutuo placitam ratihabitum iri, seseque infallibiliter præstituros, ut solemnia ratihabitionum Instrumenta intra spacium trium mensium præsententur & reciproce riteque commutentur. Statim verò à die subscripti & signati hujus Instrumenti, cesset omnis hostilitas, & quæ supra conventa sunt, executioni utrinque mandentur.

Deinde etiam omnes & singuli utriusque partis captivi, citra discrimen fagi vel togæ, eo modo, quo inter Exercituum Duces cum Cæsareæ Majestatis approbatione conventum est, aut etiamnum convenietur, liberi dimittantur.

Vierdter Theil.

Nnnnn

Omnia